

Exemplum litterarum
ab Equite Polono ad Amicum intimam admissionis
decurrente Anno 1668. datarum, in quibus de eli-
gendo Pasto sive indigena disputatur.

Primum meritoq; expectabam, abs Te, ut pote Polonus à Polono, Polonicos nuncios. Et ecce
peregrinos accepi. Hi nempe patriam quaqueverum complent cuncta occupant, exercent,
lasciant. Adeoq; jam non Samnium inter Samnium, sed Poloniā in media Polonia queram,
necesse est. Populus unius laby peregrinā lingua loquitur, ex Republ. velut ex
Nabuchodonosore dormiente, format statuam miram cum ei caput ex alio, hoc
est peregrino metallo eudit et imponit, quasi nos Deus bona sua omnibus libe-
raliter dispensas, reliquis gentibus longè inferiores & capite diminutos volue-
rit esse acephalos & proprio capite carere, ac severo decreto ad solam subje-
ctionem servilem damnatos alienigenae subdere imperio. Ea ne fini multiplicatae
Patriæ nostræ eternæ graves ac sublimes mentis conceptus, ut cadat sub potestate,
viri alienigenæ, & ita hic dominetur nobis? Hiccine est ille votis tot populorum
ardentissimis expetitus & expectatus tot laborum, periculorum, calamitatum
fructus? Siccat hic Reip. exclamare: O frustra mei suscepsti labores! o
spes fallaces! o cogitationes inanes meæ! Ego ut verum fatear, cum sim Polonus,
magis Polonum quam Extraneum diligō, eiq; hœ præterito, ut diademate patrio
potiatur opto. Daret me hanc sententiam ante omnia lex divina electo illi
regalis sacerdotij populo grandam data, qd sic sonat: Non poteris eligere,
Regem, qui non sit frater tuus. Daret & lex patria, qd qvia peregrinum ab
omnibus dignitatibus & officijs exclusum esse voluit multò magis ei accessum.
ad supremum Regalis throni fastigium negat. Dorent totius orbis instituta
& mores, dorent omnium gentium exempla, qd nungquam quæsiverunt vel
quæriunt etiamnum peregrinos, ut eis sua diademata patriaq; conferant sceptra.
Medis Medi, Persæ Persis Græcis Graci, Romanis post exactos Sarginios
imperarunt Romani. Quod si aliquando accidit, ut peregrinus imperaret, id
sine turbis & convulsione imperiorum foris, sine simultatibus & collisione ani-
morum domi non evenit. Ac proinde, peregrina imperia semper vitarunt omnes
populi, vitantq; etiamnum in oculis nostris, qd vicina docent exempla. Galliæ-
lege Salica peregrinus ad imperium præstruxit aditum, & hoc in excusationem
illud appetentibus adferit. Itali Transalpinos à possessione sedis Pontificis arcent:
Germani indigenæ Cæcium conservarunt ab aliqvot seculis diadema. Sveci lege
nuprem

rum et caverunt, ne ulli unquam extraneorum ad consequendum imperium pateat aditus. Mosci in nostro Vladislao Principe demonstrarunt, se non sponte, sed vi maiore coactos, non perpetuum imperium, sed tempore brevi duraturum peregrino detulisse imperium. Lusitani ante quingentos annos latam legem constantem servant, cuius secundus articulus sic sonat: Sit ista lex in perpetuum, quod prima filia Regis accipiet maritum de patre, ne veniat regnum ad extraneos. Si nupserit Principi extero, non sit Regina, quia nunquam volumus nostrum regnum ire foras de Portugallis, qui sua fortitudine Reges fecerunt sine adjutorio alieno. Per suam nempe fortitudinem et sanguine suo adeo potentem maluerunt sustinere hostem, et totius cruentam sententiam decidere Marte quam domesticum ac indigenam Dominum in opem gratiae peregrini deserere. Hollandi exemplo Duxum extraneorum edocti imperium peregrinum magne cum libertatis pactis publicae periculo conjunctum esse, necesse habebant domesticum amplecti imperium. Postquam enim viderunt sub Archiduce, sub Palatino Rheni sub Regina Anglia, sub Regis Gallia federe fratris eius dignitate, magnam suam libertatem partam, postmodum iterum iterumq; audacibus facinoribus concussum, imo proprio madentem sanguine saepius presentissimo discrimini expositam fuisse, meliorem ei tutorem Huricaco non invenerunt. Hoc quoque peregrino repugnat imperio, quod qui illud exercebat Princeps, ut Dominum perpetuum ad supremam scil. vita tempora, obstinens magistratum suas tantum rationes domesticas quarum studium cuivis innatum, siveq; gentis, in quam quisq; congenito fertur affectu, non nostras curaret, nostris impensis ardua querentes decora, et nisi posset integrum imperium ad suos transferre, minimum id auferret nobis quod reliqui abstulerunt, vel saltim auferre conati sunt. Sed quod opus est pluribus? Videlicet olim Cosis per Gallum in Gallias translatum imperium Romanum, quod tandem per Germanum ad Germanos pervenit. Idem Pontificiam ex Italia in Galliam talis electio transduxit. Majores nostri in Hungariam et Bohemiam, cum inde Dominos acciperent, ad Comitia proficiisci necesse habebant. Idem Hungaricis, Bohemicisq; praesidijs Cracoviam Minoris Poloniae regniq; adeo, Ponaniam Majoris Poloniae caput aliasq; munitissimas Russiam et Podolicas arcem insessas et custoditas cum dolore adspiciebant. Hinc Reges ex peregrinis gentibus assumtos non tantum per viam iuris, sed et per vim exigere: alios ut excederent pretio inducere, necesse habebant. Omnidem nostris opibus ditata sunt externe gentes, Germanica, Italica et aliae. Revocet sibi aliquis in memoriam Regam Kristinam Bonam, ut de rei veritate certo Historia doceatur. Sed neq; hic peregrini imperij consis-

consistit poena. Segvuntur illud magnâ catervâ solemnes et notæ imperiorum et
rerum. eversiones, simultates, dissidia, calamitates. Intricamur vel solas vicinas
gentes, easq; liberas quondam, Hungaros scil. et Bohemos, manifesta peregrina dominatio,
nis incontumorum daturos documenta. Sanguine non atramento describenda forent
regnorum illorum tragedia, si res atroces, ut par est, indignanti stylo ulcisci velle.
Videamus ibi quoties exterius candidati prodibant in scandali cuncta illa tragica faci-
nora post intermedias cades captivitatis, luctus, similitates, fraudes et dolos non alios-
habuisse epilogos, quam ultimam gentium liberorum ruinam et perniciem. Verum
enim vero regnos nos hic exteris feliciores sumus. Taceo Venceslaum Bohemum et
Ludovicam conjugem ejus. Lippis et tonsoribus notum est, quod mala utriusq; imperium
patris attulerit. Taceo et Ludovicum Hungarum. Henricus Valesius nos deseruit.
Stephanus quamlibet bellicosus et fortundatus Princeps fuerit, qui tamen sibi in memo-
riam revocariit ejus ad finitatem cum potentibus civibus, minas Archicancellario ob-
indictum Coliam conventum intentatas, alterum Borovium pena capitis adfectum, capite
diminutum alterum, bellum Gedanense, molitiones belli Turci ad instantiam extero-
rum, filium fratris ad regni fastigium se vivente consequendum intentione et omni
molimine promotum dilata per novennium usq; ad obitum Comitia Romutorum et Beke-
sios gratia Regis popularis nimios, propter quos magistratum Dux exercituim
deponerent, prælia et victoria propter emulations distractabantur, facile videre est
neq; hunc Principem ad palatum libertatum nostrorum fuisse. Sed et Sigismundi
Tertij primordia quamvis ille sanguine Regnum Polonicum eretus fuerit, adeo gravibus
Tempo concusserant paroxysmis, ut res periculo non caruerit, quousq; Princeps nostros
imbibit mores et genti ac libertati nostrae innutritus est ac numerosa thori Regalis
proles eo rem perduxit, ut Princeps demonstraret, se cum liberorum grege amissis-
regnis hereditariis aliam quam Polonię patrem habere nullam. Non video
igitur illum peregrinum qui nos propter bonum nostrum habere velit et nostrum
ea fini ambiat diadema. Omnes pro eo conseguendo ob commoda privata labo-
rant. Hinc videmus hos tantum illud querere, qui vel metum incutere suis amulis
nostrâ potentia assumta volunt, sicut constat ex eo quod vicini praetenderunt, ex quo
Gallica potentia ad obtinendum nostrum diadema concurrere cepit: vel ut rei privata
optata comparent presilia. Ita domus Austricae augustum diadema consecuta adeo
felicititer ad rem suam augendam hac potentiam usa. et ut dominia Austricae, alieno quondam
subjecta iuri, tum Regna Hungariae, Bohemiae, Croatiae, Dalmatiae, Sclavoniae, Ducatus
Carinola, Stiria, Carinthia, Burgundie, Wirttembergie alijsq; nec non regnum Neapolita-
num ac Siciliæ et Ducatus Mediolanensis alijsq; amplissima ditiones ei ab exiguis initis
et angustis comitatus Habsburgensis senibus ad Cœarem Majestatem erecte cesserint.

Hec autem dominia regna et provinciae maxima ex parte in ejus devenerunt potestate
tunc cum possessores horum bonorum laesae Majestatis reos illis potentiores exue-
runt. Ita et apud nos licet via modestiori Episcopatus Praefecturae provincialium
Abbatiae, Economiæ sive prefecturæ mensæ Regiæ destinatæ sustentandi et ditandi
peregrini regis consanguineis et necessariis aptas potentissima sunt ad ambiendum
nostrum diadema invitamenta et singulare ille obit. Verum tamen nullus amicorum
est qui nos, non nostra querat. At enim hoc non est unum ex maximis et
potissimum considerandis. Naturæ enim beneficium propter beneficium. Si possemus
libere, non coactis et corruptis suffragiis sine tumultibus sine cæde et ruina
peregrinum Principem eligere: si is ita modestus esset, ut declarata in tempore
sua circa Remp. nostram benevolentia liberum nobis vellat relinguere sensum,
non equidem superius recensite et aliae difficultates tanti forent momenti, ut propter
eas peregrinum Principem regendæ nostre Reip. accommodum excluderemus.
Sed cum nonnulli ad imperium per effrenem ambitionem, per feda et juramen-
ta exterorum, per exulcerata civium corda, per privatas larcitiones id est
per pestem semiper regnis fatalem, grassantibz tendebz et per eadem ac sanguinem
per misere projecta Polonorum cadavera tyrannidem apud nos invaderet
laborant: saine ut nos Poloni evigilemus tempus est. Animadvertisimus quinam
sint qui nos et nostrum regnum vi occupare student, qui nobis tyrannum
obtrudere satagent, qui non ut liberi populo Regem, sed ut servis imponere herum
conantur. Et ecce jam imminet crisis, qua demonstrabit, an Poloni vel vicini
et peregrini Regem Poloniae electuri sint. Ivi hac ratione electus nobis-
es habet dñe eligentium, id est armatorum tot mille electorum imperitabit.
Fateri me conscientia subeto, et si nulla alia causa excludendi peregrinum
ab electione foret hanc solam sufficere, ut qui hoc agit et haec via promovet
facto ipso non sit capax regni, ut pote infraelegit legem securitatis et libertati-
tis nostra. Eo ipso dignus est, qui cum domo sua legi in Maximilianum
lata subjicitur. Quicdem periculosa plenum opus alia agimur, cum verbantum de
Rege peregrino facimus. Ivid si eum in solio iam locatum videremus: nonne Reip.
fortunam in discrimen adduceremus, admisso Principe extraneo? Is temperamenti,
candoris, genij libertatis, iurium nostrorum, tum familiarum, et bene meritorum
civium, virorum in Republ. eminentium ac popularium, et publicolarum igna-
ris, qua ratione votis satisfaciet nostris? Ivi vero patientiæ directionem
unius et alterius Pedagogi (ut sic dicam) quo Princeps carere non poterit, ut pote
verum nostrarum rudi et expers? Anne stomachus noster provenientia exinde

incommoda concogvet. Primum enim orirentur odia populi adversus Primarios —
Principis Ministros gratia ejus validos, sanctorum consiliorum moderatores, quibus
ex more recepto aduersa Rep. imputarentur. Dein uersa à Principe populi spudia,
si illi favore ejus ad promovenda privata negotia, & commoda abuterentur. Da.
Principi via peregrinari de muniendis locis commodis de praetorianis conscribendis de
parandis domi opibus, foris auxilijs, utpote necessarijs aduersus subita casuum —
presidijs, cogitandi. Adeoq; abyssum abyssus invocaret, et fata periculorum diffi-
cultas novam pareret difficultatem. Tandem talia symptomata concurrentia suum
virūs in Remp. effunderent. Ceterum & hoc considerandum est, quod peregrinus
Princeps non eodem erga omnes affectus sit animo, sed ut Dei Deus! Et certe
majori apud cūm in pretio ^{forent} ambitiosa Principum, Comitum, Marchionum &
alii novitia Polonia antehac ignota, nomina, utpote ad captum et genium ejus
intuita, quam nuda nobilitatis authoritas. Unde ingens aequalitati periculum.
Addo quod qui civium terras alio sole calentes non adierint, reliquis postpone-
rentur, agere illis aditus ad Principem patet, vel certe interprete opus haberent
tum. vero eromotore gratiā Principis conciliatore. Adeoq; eadem Polono in Polonia
quæ in regione longi terrarum maritima spatij divisa advenit, Regem cognoscendi, tantumq; compellandi, foret difficultas. Hoc quoq; incommodi peregrini-
na, electio deferret. Rep. quod avita prosapia cives difficulter pervenirent
ad obtainendas dignitates Senatorias aliaq; togata et sagata munia, pre magna
copia novitiorum nobilium, qui non ita pridem ad Rep. corporis accesserent
& peregrinum vestitum, mores & lingvam, adhuc retinent vel certe hos promuo-
tores illi adhiberent, necessum foret. Pragravaret tunc nobilitatem, licentia, militi-
tis peregrini provincias transeuntis. Intolerabiles forent ejusdem exactiones in
libera gente grassantes, de quibus queri crimen foret. Pragravaret tunc nobilitatem,
licentia, militie peregrini provincias transeuntis. Intolerabiles forent ejusdem ex-
actiones in libera gente, grassantes, de quibus queri crimen foret. Sapientius tunc
nobiles audirent a peregrinis militie ductoribus illud Pompejanorum militum
responsū: Irid vos nobis gladio accinctis leges opponere? Non novimus —
(adderent insuper;) vestras Constitutiones Comitiales: iuris Dicūm capessimus: nobis
sola obsequij & relicta gloria: cetera Dicibus & Proceribus curi sunt. Nobis
interēm necessaria. acceptant, qui cum equis nostris aere, pasci non possumus. Tunc

temporis Legatos et Ministros assiduas exterorum Principum commercia, tacita, consilia, facundam suspicionum, segetem, ac fomenta, dissidiorum in Hula pati necesse haberemus. Agre' enim illi à latere Principis submoveri, aq' ista negari illi possent. Ego, dem Princeps in gratiam nostri suos consanguineos & promotores offendere nolle: Cum aliquid Poloni Hungarim imperaret vox ista exaudita multorum per ora relitabat: Sedete Domini Poloni, stabunt Hungari. Verendum est ne nos quod ordo tangat & externa Dominatio premat. Id si Princeps quod novitio in proclivi est facere, fastiditatem nostram libertate, partem. Reip. ex industria, cui exponat ut truncatum, quis absolutum cogat imperium, quod nuper in vicina Hungaria factum videmus, vel per commutationem, in aliena transferat jura? Multa ejusmodi exempla in servili videmus statu, ut cum pro hereditario regno pacis & privati emolumenti causa heredes Lestianae annuo contenti erant stipendio. Pariter Sambianensis Episcopus, ne foris exempla queramus, que clomi habemus, data sibi certa quadam Praepositura, exigua scilicet portione Varmionis Episcopatus, hunc integrum Marchioni Crucigerorum Magistro cessit. Idem fecerunt & alij. Hoc difficultates cum externam electionem comitantur, quid nos ad eam anglectendam, per tot pericula inducere possit, non video. At forte quispiam dixerit: Per Symplegades instabiles, fateor & superbas, infames scopulos navigatur Colchos: sed potius aurei velloris causa.

Per varios casus (dicebat ille) per tot discrimina rerum

Tendimus in Latium: sedes ubi fata quietas
Ostendunt; illie fas regna resuere Troja.

Transmittendum & nobis mare, superanda brevia, & multorum ossibus afflicentes scopuli, devoranda pluria fastidia & pericula, ut tot procellis jactatum, uno concussam, & gravissimam ac tantum non fractam, navis Reip. ad optatum, ad bellum portum. Ardua quoque pulchra. Ivo plus tormenti eo plus glorid. Dilectus malorum est recordatio: nautas tempestatum, Medicos juvab meminisse morborum. Quia illa fastidia pericula, damna quoque ipsa assumto foris optimo, quem electio inveniret, Princepe, pensarentur. Quod ista in speciem optabilea, optima, gratissima sunt. Sed ultimam tam certa, quam promissa sancta, tam utilia, quam iucunda, sunt forent. Licit enim multa, pollecentur peregrini: quis sponsor erit eos haec prestitiros esse: presertim cum non constet cur id facere & quid tanti emere debeant? Regnum eius Princeps vita spatio circumscriptum? Hoc vero nimis magno veniret. An potius habediatatem? Sed haec contra nimis parvo constaret: Adde quod venalis non sit. Quod reliquum est, si pretium figuratur, sanciatur, nec tamen exsolvatur, si promissa fiant, nec implentur, ad quod graso Tribunal Princeps pro contraventione citari, coram quo iudicio conveniri, quod pactis conventis non determinat, posset. Tanto vero magis regno cum exigere arduum, & inopportunitatem foret: lenienti occidente morbo. In tempore obriam approbringanti malo multum nocituero ite. Nonendum adeo liberaliter, vidimus peregrinorum. Principum, quenquam, quangoam de securitate non vicinorum tantum, sed totius Europa ageretur, & nos ut instanter suspectius publice rei in arcto merito ferendas postularemus, ita & Diadema offeremus, qui id oneris cum honore suscipere in se velle. Non sucepit hanc conditionem. Noscius in Commissione Vilnensi, licet nondum fuerit tot bellis exhaustus, prout iam est?

Cesar

caro quidem eam subigit, sed magis Felicia et Racovia, tam cari pignoris quam promissi diadematis Poloni
ei habuit rationem, vel potius illum ad se surrendrum nobis numerum, vicini periculi metu: res enim
eius agebatur proximo pariete ardente: permotum fuisse dicendum est. Quod si vel pretium, promis-
sum numeraretur, vel aliquin nobis daretur aliquid ab electo peregrine, idem nobiscum ageretur
quod agitur cum Germanis, quibus Austraci Francofurti electi non tantum mensas suas sed
et tutela Imperij impensum as imputant. Ita qui eis aquosum diadema præcipere vellot,
illi ante omnia rationes expensarum cum eis subducenda at homines impensa refundenda forent.
Aliquin justi belli semper maneret praetextus. Nobis qui aliquid daret, nos veluti pretio emitas
haberet. Ibid preterea forent hac presentim tempestate, aliquot millions pro Polonia? Guta
in mari. Hanc propterea semper oneri tributorum nobilitas eximetur, si vel militi totius-
anni persolvatur ab electo Rege alienigena stipendium. Quod si militi magis Moneta Juno
quam aurea libertas placet. Evidem proba moneta argentea et aurea, peregrina licet quam
nostra cuprea melior est. Sed hoc liberamur metu. Nemo nobis quidquam dat vel dabit acci-
pere omnes parati. Ita Wenceslaus ex Bohemia, Ludovicus ex Hungaria accessiti fecerunt. Si suarum
a peregrino cupimus, magis speciosam, quam utilem rem votis appetimus: baculum nempe arandi
neum, cui si quis innicitur, frangitur. Roma suppetas laborantibus ferens, orbis facta domina,
Eadem viam ingressi Turcic, Asiam et magnam nostram Europe partem subjugarunt. Ita Franci
Galliam, Angli Bretanniam, Normani Neapolim totam Apuliam, Hunni Pannoniam, Mauri
Hispaniam, Goti Alaniq; Cataloniaq; et magnam Gallie, partem, deinde Hispaniam quoq;
Vandali Africam, Goti et Italianam subeggerant. Par ratione Gallus Germanis Metensem ditionem
isdem Danus aliquot Episcopatus ademit. Ibid non Svecus haec via consecutus est. Rigam
adeoq; totam Livoniam, Pomeraniam, Vismariam, Bremensem et Verdensem Ducatus. Imo vero
sex millions ei numerati fuere, ut tutelam Imperij relinqueret. Nostra Racovia quod manus
auxiliatrices evaserit, in parte felicitatis ponendum est. Nam me merito vestigia terrebant
omnia illos qui alijs auxilia tulerunt adversum spectantia, nulla retrorsum. Itaq; etiamnum, hinc
conservanda Regis antidotum, socia scil. exterorum arma, periculosum est, quod nemo, nisi adactus
utitur, præcipue vero gens libera quod ante aliquot secula proprijs nixa est viribus, imo longe
remota subegit regna. Non invidemus conservationis modum illis qui hostilibus assutibus
impares per externa auxilia pereunt. Tandem qui postremum interregnum animo perdidit, quod nos-
martyro Stephano Regem fortis querere coegerat, Remp. in grande periculum tunc adductum fata
necessum est. Duo exteri a contrariis factionibus electi per arma viam sibi ad invadendam, tyrannidem
sternebant. Onus tunc felices quod illa pars superior evaserit, quod non Germanicis vel Hungaricis
sed Polonicis nixa fuerat virtutis! Aliquin actum jam de nobis fuisse. Eadem nostra fortuna fuisse
qua Bohemorum victo Frederico fuit. In partem hereditatis potentiori vicino cessissemus. Qui coni-
derat Regem peregrinum niti favore, et segui ductum horum vicinorum qui florentem hujus
Reip. statum votis non expetunt, qui cum hostilibus nostris in ruinam et perniciem nostram
conspicabunt, is vetus illud repetit par est: Danai sunt metuendi sunt et dona ferentes
Hi enim Dominum nobis invitatis imponunt. Hi de nostro corio nobis inscijs ludunt, fædera
mutuo pangunt, de rebus nostris transigunt, leges nobis prescribunt. Hi erga nos ita sunt

animati ut si votis potiantur nos libertati avite supremum valedicere oporteat: Quod si vero ipsum
eligamus, cuius potentia vicini fuera metuenda frustra, tamen erimus. Non me convicit ejusmodi
argumento vexillifer Latoriensis eligendum scil. esse peregrinum, sed qui hostibus sit terror, vicinos
habet amicos justa potentia metu coercerat: Video nempe quid olim potuerint, quidve nunc quoque possint
peregrinorum ubiq' terrarum preparata factiones. Non egidem peregrinis placuerat Jagello qui tanta
cum dote vastissima provincialium Lituanie matrimonij et fidei sacrae et civilis nobis se adstrinxerat
vinculis. Iwas non enim illi difficultates bono Principi per propriam ejus uxorem. Sed vi-
gin ergo fratrem Vitoldum, quem Regem Lituanie creare studebant, ut hanc a nobis avelle-
rent, crearant. Tacitus prietereo Swidrigellones et alios ejusdem, ollde et farinae virosturbu-
lenti ingenii, seditionum et bellorum domesticorum incentores, vel potius somites a peregrini-
nis aduersos. Postquam vero exteri animadverterunt conatus suos in abstracta, Litu-
ania vanos esse, crucigeros adversum nos conceitabant, ut quod nobis illinc accesserat,
hinc decederet, et artibus pacis partam Lituaniam Prussia conciliato bello perdita invidid eo-
rum, qui et a parti bus stare non erubuerant pensaret. Quod reliquum est, res eò devenit
ut priusquam Domus Jagellonica cum vicini connubiorum et affinitatum vinculis jungsse
retur et Sigismundus a regno Hungaricu jure successiois per obitum filij fratris ad se de-
voluto renuncaret, Polonia et Lituania conjunctio (unionem vulgo minus Latine vocamus) firmo stare
talo non potuerit. Tantomagis quod et Principes seorsum insignia imperij in Lituania obtinerent.
Anne vero diu est, ex quo Sigismundus a.s. per easdem exteriorum artes hereditarium amisit
regnum? Et nonne nobis postquam Principem Svecie in Regem elegeramus, in venenum versus
est, quod nos juvare debebat: Hid porro et dominum Rusticacum in tot induxit labyrinthos.
quid ei totius orbis odia, quid excitatas a subjectis rebelliones, illatas ab inimicis domi,
ab hostibus foris clades, strages: quid tot provincialium jacturam, tot et tanta dico
quietis, opum, gloriae dispensia creavit, nisi vicinorum ob metum excrescentis poten-
tia invidia? Frustra igitur haec cogitationes suscipiuntur, si aliquem exterum tra-
ctandis regni habenis admoveamus, fore, ut is tot populos secum adducat et magnorum imperiorum
conjunctione vires nostras firmet. Non aliud conditio ad imperium apud nos consequendum prae-
cluisit aditum, quam unius veri virtutis et bellandi peritiae. Si hanc in eo mediocrem esse
oportuit, metu. Ac proinde sicut nos non permisimus ei Reip. nostrae regimen, qui nobis fuisset
sua potentia gravis, ita et exteri possunt impedire, ne illud is consequatur, qui foret eis pariter
gravis. Itaq' haec moderanda sunt eò, qui infra dicetur modo. Porro facienda est et hujus rei
mentio, quod plerique civium sentiant et arbitrentur: quod tamen cum venia virorum
Magnorum dicendum est: Regem peregrinum fore Dominum pro Magnatibus. Probatur
id tunc ex superiori allatis rationibus, tunc ex eo, quod illorum tantum favorem capte;
ab illis promoveri ad sceptrum cupias; erga eos de alieno liberalis dum promissis luctat;
spe pascit, dignitates Polonicas inter eos distribuit, sicut Roma in partibus, in quibus
nullam jurisdicundi potestatem habet. Polonus in Regem eligendus expectaret omnium
suffragia libera aequalia sine factionibus turbidis, cum sciat jus suffragij pariter competere
ei qui sit unius iugeri dominus, quam qui divitias fulvo sibi congregat auro, et teneat